

TONUS XXXXIV.
MISCELLANORUM.

~~G.M.B.~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
VII-45. —
SIGNAT. CCCXIII.

6 böse:

DE
BAPTISMO

Repetitio doctrinæ
Orthodoxæ.

DE QVA, DEO VOLENTE,
in celeberrima Heidelbergensi

Academia:

Publicè disputabitur:

Ad 17. Julij: hora & loco consuetis:

PRÆSIDE

PETRO CALAMI
NO D. ET PROFESSORE
ORDINARIO:

Respondente

M. BARTHOLOMÆO
KECKERMANNO Dantifica-
no Borusso.

HEIDELBERGÆ

Anno CIC CI CI IVC. Typis Smeßmannianis.

I

35





ILLVSTRI ET GENEROSO
DOMINO: LADISLAO VVE-
LENO à Zerotin: Baroni Mo-
rauo &c. Domino suo:

S. Ante aliquot menses, de sacramentis in genere, theses
ut vocant, pro more Academię, disputandas publicè pro-
posui. Quibus nunc subiungo alias, quæ in specie de Baptis-
mo tractant: eo quidem ordine eaque ratione, ut prius tra-
ditam generis doctrinam, semper ad hanc speciem limi-
tent ac restringant: & quæ antea de omnibus sacramentis
simpliciter, ex scriptura prolata sunt, éadem ex iisdem
scriptis de baptismo etiam, suo modo vera esse ostendant:
ut hac ratione non tantum claritati & certitudini doctrinæ
utriusque consulatur, sed etiam intelligentiæ ac memoriæ
discentium seruiatur. Quia autem sæpe multumque, ut de-
beo, recordor eorum, quæ ante sesquitertium annum, in
morbo meo maximo, tua Generositas, (non tam informata,
à viro optimo & literatissimo, ac mihi amicissimo, Domino
Georgio Ienischio, quām sua sponte erga me propendens)
mihi sæpius benignè præsttit: nec verò hactenus aliam gra-
ti animi declarandi occasionem & rationem concedi mihi
video: hunc laborem meum ad tuam Generositatem mitto:
eamque qua par est animi reverentia & submissione oro,
ut hoc qualemque pignus mei affectus, æqui boniq; con-
sulat. Dominus Iesus tuam Generositatem perpetuò vas
misericordiæ suæ esse velit: eamque indies magis magisque
omni bonorum genere accumulet. Dabam Heidelbergæ.
II. Iulij Anno 1595.

Tuæ Generositati

addictissimus

Petrus Calaminus. D.



THESIS PRIMA.

II



OCTRINA specialis de singulis sacramentis petenda & dijudicanda est, primò quidem ex ijs locis scripturæ, quæ de vnoquoque sacramento & de eius institutione propriè loquuntur. *a* Deinde ex ijs dictis, quæ de alijs etiam sacramentis agunt. *b* Tum ex ijs quæ communem omnium sacramentorum naturam explicant. *c* Præterea ex ratione totius verbi ac ministerij sacri: prout eain libris sacris traditur. *d* Ac denique ex fidei vniuersæ analogia, & fundamenti totius congruentia, *e*

II.

Plurimùm quoque non tantùm ad intelligentiam & memoriam; sed etiam ad veritatem ac certitudinem specialis doctrinæ melius obtainendam facit; easdem aut similes quæstiones, eodemque ordine, in singulis speciebus sacramentorum inquirere: quæ quæstiones & quo ordine prius in toto genere tractatæ fuerunt,

III.

Vt ergo de baptismo nunc sic agamus: nomen baptismi sicut & græcum verbum à quo dederunt, nunc quamuis immersionem, nunc aspersio, nunc ablutionem, & alia huiusmodi, quorum gratia immersio vel aspersio fieri potest, significare inuenimus. *f* Specialiter tamen plerumque pro primo noui testamenti sacramento, *g* & pro eius tum antitypis, *h* tum significatis donis spiritus Sancti; *i* & pro afflictionibus *k* in scriptura usurpari reperimus.

IV.

Nos in præsentia per baptismi nomē Christianorū initiatiorum, seu primum noui testamenti sacramentum intelligimus: in qua tamen significatione, sicut & sacramenti appellatio, duobus modis accipitur. *l* 1. propriissimè pro signo sacramentali, hoc est, pro externa & corporali ablutione, quantum internam & spiritualem ablutionem sacramentaliter significat. *l* 2. pro signo & signato simul, seu pro tota illa actione sacra: quæ non tantùm externa, corporali & signifi-

a 1. Cor. 11.
v. 23.
b Col. 2 v.
11. 12 13..
c Cor. 12.
v. 13.
d Rom. 10.
v. 16 1 Co-
rint. 3. v. 5.
& 6 1. Cor.
4. v. 1.
e Rom. 11.
v. 6.

f Steph.
thes.
g Matt 8
v. 6. Ioh. 1.
v. 25.
h 1. Cor.
10 vers. 2.
1. Pet. 3. v.
21 Hebr. 9.
v. 10.
i Mar 1. v.
8. Acto. 1.
v. 5.
k Matth.
20. v. 22.
l Marc. 1.
v. 8.

A 2

cante ablutione constat, sed etiam internam spiritualem & significantem ablutionem complectitur: & ex utraque simul
in Act. 22 v. 16. sumta quasi componitur. m. V.

Baptismi, cum pro signo sacramentali accipitur; causæ hæ sunt. Materiale & fundamentum, est externa & corporalis aqua; & externa ac corporalis ablutio, quæ fit per aquam illā, in nomine sacrosanctæ Trinitatis. n. Terminus baptismi est, in Matth. 28. v. 19. in Euangeliō promissa interna & spiritualis aqua, nempe sanguis & spiritus Christi; & interna ac spiritualis ablutio, quæ fit per sanguinem ac spiritum Christi: estque nihil aliud nisi remissio peccatorum, propter fusum Christi sanguinem; & renouatio veteris naturæ per spiritum Sanctum facta: o. vt de alijs terminis sub his comprehensis nihil nunc dicam. p

22. v. 16.

Tit. 3. v. 5.

p. Rom. 6.

v. 3. Gal. 3.

v. 27. 1. Co-

rint. 12. v.

13. Matth.

20. v. 12.

q. 1. Ioh. 1.

v. 7. 1. Cor.

5. v. 11.

r. Rom. 6.

v. 3. 4. &c.

s. Rom. 4.

v. 11. Col.

2. v. 11. 12.

Basil lib. 3.

Cōt. Eun.

Forma, seu formale baptismi, est ordo fundamenti ad terminum; estque internæ ac spiritualis aquæ, hoc est sanguinis ac spiritus Christi, sicut & ablutionis duplicitis, hoc est, iustificationis & regenerationis, per externam & corporalem aquam, & per simplicem eius ablutionem, sacramentalis significatio: vel diuinæ erga nos voluntatis de illa spirituali ablutione testificatio. q

VII.

Habet autem hæc significatio vel testificatio, quæ formalis locum occupat in baptismo, vt & in reliquis sacramentis omnibus, tres siue gradus siue partes. 1. est representatio internorum per externa: siquidem aqua externa aquam internam; & ablutio corporalis, ablutionem spiritualem similitudine quadam repræsentant & ob oculos ponunt. r. 2. est obsignatio internorum & spiritualium per externa & corporalia: siquidem ablutio spiritualis & interna, per externum & corporale aquæ lauacrum, tanquam per visibile pinguis confirmatur. s. 3. est internorum & spiritualium beneficiorum ad singulos credentes applicatio: siquidem promissio Euangelij, de beneficijs illis, in concione omnibus credentibus vniuersaliter oblata, in sacramento ad singulos eos

eos qui sacramento legitimè vtuntur, peculiariter restrin-
gitur.

t Mar. 10.
v.16.

III

V I I I.

Habet autem ritus baptismi hanc significandi & testificā-
di vim ac facultatem, non tam ex qualicunque illa analogia
& similitudine aquæ & ablutionis corporalis, ad aquam & ad
ablutionem spiritualem; quām ex veracis & omnipotentis
Dei ordinatione & institutione.

I X.

Efficiens enim seu autor baptismi est Deus, trinus & unus:
qui non tantum per Baptistam, v etiam ante publicū Chri-
sti ministerium baptīsum incoauit, & incoatum Christi i-
psius baptismō vv consecrauit, atq; illustri patefactione Tri-
nitatis edita x approbavit: sed etiam postea per ipsum Chri-
stum, qui discipulorum suorum ministerio ante passionem
suam baptizauit, z & post resurrectionem gentes quoque
omnes conuersas baptizari iussit, denuo confirmauit, ordi-
nauit, & instituit. a

v Ioh 1 v.
3.4. s. Luc.
7 v.30.
vv Matth.
3.v.16.
x Matth.3.
v. 16.17.
z Ioh. 4.
a Matt.28.
v. 19 Mar.
16.v.15.

X.

Institutio autem illa quemadmodum ab Euangelistis re-
citur, duo præcipuè continet, prius est mandatum de ritu
baptismi: b posterius est ritui annexa gratiæ promissio. c

b Matt.28.
v. 19. Mar.
16.v.15.
c Mar. 16.
v.16.

X I.

Consecratio ergo aquæ ad baptismum, & ipsius baptismi
confectio, non est vel elementi huius papistica excantatio;
vel supra excantatum elementum, verborum quæ formalia
baptismi verba vocant, murmuratio: sed communis aquæ
ab usu vulgari, ad usum sacramentalem translatio & adhibi-
tio: quæ fit tum à Deo baptismum instituente; tum ab ho-
minibus baptismum secundum institutionem Dei admini-
strantibus & usurpantibus. d

d 1 Tim.
4.v.5. Exo.
20 v 8.11.
Mar. 16. v.
15.16.

X I I.

Cum consecratione aquæ & confectione baptismi, vel
eadem est, vel proximè cohæret mutatio aquæ communis in
sacramentalem aquam: quæ ideo non est substantialis, sed re-
lativa, hoc est: non fit secundum substantialiam aut qualitatem
aquæ: sed secundum usum, officium ac finem eius. e

e August.
tract. 8. in
Iohan.

A 3

XIII.

Causa ministerialis vel minister baptismi, sicut & cœnæ;
f 1 Cor. 4. v. 1 Matth. 28. v. 19. ff Heb. 5 v. 4. 1. Cor. 14 v. 34. 35. 1. Tim. 2. v. 31. 12. legitimus non est alius, nisi minister Ecclesiæ. f ideo mulieres, & alij, qui ad ministerium publicè in Ecclesia docendi vocati non sunt, non magis baptizare, quàm etiam cœnam administrare debent: ff cum Christus & verbi publicū ministerium, & sacramentorum omnium ac specialiter baptismi quoque administrationem, ijsdem mandārit. g

g Matth. 28. v. 19.

h 1 Cor. 4. v. 1. 1 Cor. 3. v. 5. 6.

i Mar. 16. 15. Matth. 28. v. 19.

k Mar. 16. v. 15 Gen. 17. v. 7. 10.

l 11. 12. 14. v. 41.

m Act. 2. v. 41.

n Act. 10. v. 47.

o Act. 8. v. 33. Act. 2. v. 38.

p Phil. 1. v. 6. 7.

q Matt. 7. v. 6 Mar. 16. v. 15.

Impietas tamen ministri baptismum nequaquam irritum facit: h modò secundum institutionē Christi fiat. i ac proinde etiam ab hærericis baptizatos Ecclesia vera non rebaptizare, sed vera de Christo & baptismo doctrina instituere debet.

XIV.

Baptizandi sunt omnes & soli illi homines, qui discipuli Christi, k socij fœderis, l ciues Ecclesiæ, m & interno baptismate donati vel reuera sunt, vel pro talibus habēdi sunt. n Soli enim & omnes ij, qui se tales esse tentiunt, baptismum petere debent. o Soli autem & omnes ij, qui ex regula charitatis pro talibus haberi possunt, p ab Ecclesia baptizari debent. q

XV.

Cum autem & infantes Christianorum, qui vel in Ecclesia nati sunt, vel cum parentibus in Ecclesiam transeunt, pro Christi discipulis, quos is pro ipsorum captu, intus spiritu suo doceat; r pro socijs fœderis; s pro ciuibus & membris Ecclesiæ; t & pro donatis interno baptismate; v haberri possint & debeant: manifestum est, infantes quoque illos, non minus quàm adultos, tanquam discipulos Christi baptizari; tanquam socios fœderis, signo fœderis ipsis competente insigniri; tanquam ciues Ecclesiæ in album ciuium baptisma te referri; & tanquam habentes rem signatam baptismi, etiā signo externo donari oportere. Sicut in veteri testamento, etiam infantibus Ecclesiæ communicata est circumcisio: vv in cuius locum baptismus noster in nouo fœdere succedit. x

XVI.



XVII.

Finis baptismi primus est fidei nostræ de spirituali ablu-
tione confirmatio: *z* quæ quidē, licet à spiritu Sancto prin-
cipaliter dependeat, multum tamen adiuuatur sacramēto: *a*
siquidem rerum spiritualium notitiæ, sacramentalis repræ-
sentatio; assensui verò obsignatio; fiduciæ deniq; restrictio
promissionis ad singulos vtentes, quæ per externa symbola
fit, destinata est, atque ita singulis gradibus vel partibus fidei,
singuli gradus vel partes significationis sacramentalis seruiūt.

IV

XVIII.

Sub hac fidei confirmatione etiam comprehendimus ef-
ficaciorem & pleniorum spiritualium & significatorum bo-
norum *newavias*: *b* cum pro incremento fidei, etiam benefi-
cia quæ fide obtinentur, in nobis crescant, *c*

v. 16.

v. 16.

a Eph. 5. v. 6.

6. Tit. 3.

v. 5.

XIX.

Secundus finis est hominis baptizati ad Deum vnum &
trinum, vera fide & obedientia colendum, & ad mortifica-
tionem veteris, ac viuificationem noui hominis, noua & ar-
ctior obligatio: & illius officij publica & solēnis professio. *d*

d Mar. 16.

v. 15 Matt.

28. v. 19.

XX.

Tertius est publica & solemnis Christianorum inaugura-
tio & initiatio, & receptio seu inscriptio singulorum in albū
Ecclesiæ: atque ita etiam inuestitura quasi, in omnia iura &
privilegia membrorum Ecclesiæ. *e*

e 1. Cor. 1.

v. 13.

XXI.

Quartus est, vt baptismus sit signum, nota, & tessera Ec-
clesiæ & ciuium singulorum, discernenseos ab omnibus in- *f* *Mar. 16.*
fidelibus. *f*

v. 15.

XXII.

Quintus est admonitio de fortuna Ecclesiæ in hoc mūdo:
quod nempe subiecta sit cruci & calamitatibus: in quibus
tamen conferuetur, & ex quibus vel tandem penitus libere-
tur: vt ritu immersionis in aquam; mansionis in ea; & emer-
sionis ex ea significatur. *g*

g Matth.

20. v. 22.

XXIII.

Sextus est sanctio mutuae dilectionis baptizatorum inter
se sub uno capite Christo. *h*

h Eph 4.

v. 1. 2. 3. 4.

s. &c.

XXIV.



X X I I I.

Septimus est, vt sit inter media conseruandæ & propagandæ doctrinæ, quam ritu ob oculos ponit; & quæ in baptismi administratione, vslu & recordatione nobis reuocari debet in animum.

X X V.

Cum autem effecta baptismi à finibus eiusdem non re ipsa, sed ratione tantum differant: (siquidem eadem res finis baptismi dicitur, quatenus in mente Dei aut hominis est, ante baptismum institutum vel usurpatum, effectus autem nominatur, quatenus post baptismum & per baptismum institutum & usurpatum, re ipsa iam obtinetur & habetur:) ideo fines enumerati omnes etiam pro effectis baptismi legitimè usurpati haberi & allegari possunt.

X X VI.

Ac vt de alijs effectis nunc plenius non agamus: de spiritualium rerum liberaliore atque efficaciore *κοινωνίᾳ* notandum: 1. eam non ex opere operato baptismi existere; siquidem non omnes qui baptizantur foris, etiam intus propterea iustificantur & regenerantur: sed multi etiam baptizati, (suo tamen vitio & culpa) sine iustificatione & regeneratione perpetuò manent. 2. eam *κοινωνία* non in baptismō tantum & per eum, sed etiam extra baptismum, & sine baptismō (non contemto tamen) ab alijs causis effici posse, & saepe effici. 3. cum in baptismō & per eum fit, non tamen ex solius baptismi vi, sed etiam ex aliarum concurrentiū causarum efficaciā, in primis verò ex spiritus Sancti operatione euenire. 4. Vim & efficaciam spiritus Sancti, nec aquæ baptismi infundi, nec aquæ vel ablutioni externæ simpliciter affigi & alligari: sed spiritum Sanctum potentiam in se manente, liberè vti. 5. deniq; *κοινωνία* illam hoc ordine & hac serie fieri. primò spiritus Sanctus per triplicem illam significationem sacramentalem seu per testificationem diuinæ voluntatis, fidem in nobis confirmat. 6. deinde per fidem & cù fide confirmatā spiritus Sanctus sese nobis plenius & efficacius insinuat. 7. tertio in nobis sic habitans nos Christo arctius

IIIIXX



Etius vnit & agglutinat atque inserit p. quartò nos Christo ar- p 1. Cor. 6.
Etius insiti & cohærentes, etiam magis magisque sanguine & vers. 17.
spiritu eius à sordibus nostris mundamur, & omnium alio- 1. Ioh. 3.
rum beneficiorum Christi participes reddimur q. vers. 26.
Rom. 8.
vers. 9.
q 1oh. 15.
vers. 1.2.3.
&c. Rom.
8.vers. II.

V

XXVII.

Interim in baptismo & per eum sic peccatum tollitur, vt tamen aliter à formalī seu à reatu peccati, aliter à materiali seu à vitio & prauitate naturæ nostræ h̄ic liberemur, reatus enim iræ & pœnarum diuinarum prorsus aboletur r. vitij au- r Rom. 8.
tem & prauitatis expurgatio licet incoētur, & paulatim in vers. 1.
hac tota vita crescat; non tamen ante finem vitæ huius absolu-
uitur, sed semper quò ad h̄ic viuimus, aliquæ malii illius reli- f Rom. 7.
quia in nobis remanent s.

XXVIII.

Ex dictis ac præsertim ex finibus & effectis sequitur: quod baptismus necessarius sit ad salutem 1. propter mandatum Dei 2. propter promissionem ritui mādato additam v 3. quia t Matth. inobedientia erga mandatum Dei cum fide promissionis consistere nequit. sine fide autem nemo saluatur v v 4. propter fines & affectus enumeratos, qui necessarij sunt x.

XXIX.

Necessitas ergo hæc non simplex est: sed ex hypothesi 1. 18 19. &c.
quia est ex consilio z Dei, quod is liberrimè inijt & exequi- z Luc. 7.
tur a 2. quia est necessitas medij ad finem: non ipsius finis: in v 30.
quo salus posita b. 3. quia est necessitas talis medij sine quo a Psal. 115.
non contemto salus obtineri potest c. vers. 3.
v. 20. & 4.
c vers. 12.
c. Luc. 23.
vers. 42.

XXX.

Necessarius proinde est baptismus ad salutem, tum de-
mum quando legitimè haberi potest, secus autem valet illud:
non priuatio sed contemptus sacramenti damnat. Et aduersarij
ipſi fatentur; baptismum non simpliciter in re, sed vel in re,
vel in voto exigi ad salutem d.

d Bellar.
de bapt.

XXXI.

Nec verò vlla vel baptismi vel alterius ordinationis diui-
næ talis necessitas fingi debet, quæ ipsius ordinationis legi-
timam obseruationem violare cogat i. quia non sunt facien-
da mala vt bona inde eueniante, 2. quia in Dei, vtpote sapien- e Rom. 3.
B tissimi vers. 8.

tissimi & veracissimi ordinationibus nulla talis pugna est, ut
f. 2. Cor. i. vna obseruari sine alterius, aut sui ipsius violatione non possit.
v. 19.

XXXII.

Sicut autem semel initum fædus cum Deo, etiam post la-
psus singulares ratum est & manet, omnibus resipiscen-
tibus g: ita & baptismus semel acceptus, toto reliquo vitæ tem-
pore, omnes fines & usus suos præstat, ijs qui veram pænitentia-
tiam agunt h. ideoque nec iterari debet, nec in finem usque
v. 16. v. 99.
h. Mar. 16. v. 16.
i. August. cōt. cresc.
lib. 2. c. 28. vitæ differri: quasi demum sic à peccatis mundet si nulla post
eum acceptum peccata committantur i.

XXXIII.

Ex dictis, baptismi pro signo accepti definitio sumi hæc
poterit: quod baptismus sit sacramentum noui testamenti,
in quo ablutio per aquam elementarem, in nomine patris
& filij & spiritus Sancti facta, sacramentaliter significat spi-
ritualem baptizati ablutionem per sanguinem & spiritum
Christi; & eius in Christum atque in Ecclesiam insitionem:
ut per hoc sacramentale signum, Deus in baptizato fidem
confirmet, atque ipse baptizatus, vicissim suam erga Deum
obligationem ad fidem & gratitudinem testetur. Velut sin-
gulæ partes clarius & plenius proponantur, sic formari de-
finitio poterit. Baptismus pro priore sacramento noui te-
stamenti acceptus, est externa & corporalis per aquam ele-
mentarem, in nomine patris & filij & spiritus Sancti ablutio,
à filio Dei instituta, & Ecclesiæ noui testamenti, ad finem se-
culi mandata, ac promissioni gratiæ addita: quæ à legitimo
ministro Ecclesiæ administrata, & à fidelibus ac renatis acce-
pta, vi institutionis diuinæ, internam & spiritualem à peccati
sordibus, per sanguinem & spiritum Christi ablutionem, in-
que corpus Christi & Ecclesiæ insitionem; tum factam tum
magis atq; magis indies peragendam; non tantum veluti ima-
go & pictura quædam repræsentat, atque oculis subiicit, sed
etiam tanquam pignus certissimum obsignat: & hanc repræ-
sentationem atque obsignationem, ad singulos fideles bapti-
zatos restringit; ijsque applicat. ut hoc cœleste testimonium,
spiritus Sancti efficaciâ, fidem in credentibus confirmet; fide
confirmatâ, eos efficacius & liberalius, rerū signatarum parti-
cipes



cipes faciat: & vicissim eos qui baptizantur, ad Deum unum & trinum verâ fide & obedientia colendum; & ad mortificationem veteris, ac vivificationem novi hominis, atque ad crucis tolerantiam eos obstringat: eiusque officij publica ac solennis professio existat: baptizatos Christo & Ecclesiæ visibili, publicè & solenniter inferat, & ab infidelibus discernat: de fortuna Ecclesiæ in hoc mundo admoneat: doctrinam Evangelij propaget ac conseruet: atque ad mutuam dilectionem, sub uno capite Christo baptizatos excitet k.

XXXIV.

Quando vero vox baptisini pro tota actione, seu pro signo & signato simul accipitur, alia est causarum ratio. Tum enim omnes sunt duplices: Externæ nimirū & internæ; significantes ac significatae. Ac tum materia externa quidē est, aqua elemētaris l: interna verò est sanguis & spiritus Christi m. Forma externa est ablutio corporalis, quā per aquā elemētarē, in nomine Trinitatis, fides corporis abluuntur n. interna est ablutio spiritualis qua per sanguinem & spiritum Christi fides animæ, hoc est, peccata auferuntur, iustificatione & regeneratione nostri o. Efficiens utrumque Deus quidem est: diuersa tamen ratione. Externum enim aquæ lauacrum ipse non instituit solùm per Christum: verùm etiam confert, per manus ministrorum p. at internam animæ mundationem ipse per Christum immediate exhibet & præstat q. atq; ita administer externi lauaci, est minister Ecclesiæ; qui aquâ baptixat in nomine patris & filij & spiritus Sancti r: largitor verò ipsius iustificationis & regenerationis est Christus Dei filius, propter sanguinem suum fusum nobis peccata remittens; & per spiritum suum nos renouans s. Obiectum externæ ablutionis esse possunt omnes quotquot ad visibilem Ecclesiam pertinent t. internæ autē sunt omnia membra Ecclesiæ sanctorum v. Modus præterea quo externa ablutiō per agitur & percipitur est corporalis, hoc est, fit membris & sensibus corporis vv. interna vero fit spiritualiter: hoc est, vera fide & operatione spiritus Sancti x. Finis denique externæ ablutionis proximus & immediatus præcipue est significa-
tio sacramentalis tripartita z: mediatus autem est fidei con-

k singula
probata
iunt in
præmissa
ætiologia.

1 Act. 8.

v. 36.

m Apoc. 1.

v. 5. 1. Cor.

6. v. 11.

n Matth.

28. v. 19.

o Act. 22.

v. 16. Tit. 3.

v. 5.

p Ioh. 4. v.

l. 2.

q Ioh. 1. v.

33. Eph. 5.

v. 26.

r Ioh. 1. v.

26.

f Ioh. 1. v.

33. Matth.

9. v. 6.

t Mar. 16.

vers. 15.

v Mar. 16.

vers. 16.

vv 1. Pet.

3. vers. 21.

x Mar. 16.

vers. 16.

1. Cor. 6.

vers. 11.

z Rom. 6.

v. 3. 4. &c.

Rom. 4. v.

ii. Bas. lib.

3. cont.

Eun.

B 2 firma-



a.ath. 17.18. firmatio, & ea quæ per hanc obtinentur a. Finis autem inter-
b. Mar. 16. næ ablutionis proximus est ipsa vita ac salus nostra b: remo-
vers. 16. tior verò est Dei gloria & celebratio æterna trinitatis c.

c. Eph. 1 v.
6.12. Rom.
9. ver. 23.

XXXV.

Baptismus igitur pro tota actione acceptus, sic definien-
dus fuerit: quod sit actio sacra, in qua credens non tantum fo-
ris, aqua elementari à sordibus corporis, per ministrum Ec-
clesiæ, ad spiritualis ablutionis significationem, & ad fidei
confirmationem, corporaliter abluitur: sed etiam intus san-
guine & spiritu Christi, à sordibus animæ seu à peccatis per
Christum, ad salutem suam, & gloriam Dei æternam, spiri-
tualiter mundatur.

XXXVI.

Porro siue baptismi vox pro signo sacramentali tantum:
siue pro signo & re sacramentaliter signata simul sumtis, ca-
piatur: cum signum utpote relatum, quamdiu tale est, seu
quamdiu relatio durat, absque suo correlatio seu signato es-
se nequeat; manifestum est, baptismum utroque modo intel-
leatum, aliqua ratione in duas quasi partes distribui posse:
d. August. tract. 8. in Iohann. temperq; duo in baptismo spectanda esse d: alterum est exter-
nus & significans baptismus: quo carnis sordes abiciuntur:
e. 1. Pet. 3. alterum internus & significatus baptismus, quo fit ut bona
v. II. consciëtia Deum interroget, quemadmodum diuus e Petrus
f. Matth. 3. loquitur. vel ut clarius cum f Baptista eandem baptismi distri-
v. II. Ioh. 1. butionem efferamus, alterum est cum Baptista & quiuis mi-
v. 26.33. nister Ecclesiæ aqua baptizat ad resipiscientiam in remissio-
g. 1. Ioh. 1. nem peccatorum: alterum verò cum Christus spiritu Sancto
v. 7.1. Cor. baptizat, & per sanguinem suum à peccatis lauat g.
6. v. II.

XXXVII.

Ne autem ut multi faciunt, vel signa in baptismo pro ipsis
rebus, vel res pro signis habeamus; neve ea quæ signorum
propriè sunt, rebus; aut quæ rerum sunt, signis tribuamus: à se
inuicem non quidem diuellenda, sed tamē discernenda sunt

XXXVIII.

Differunt ergo duæ istæ vnius baptismi partes non tantum
materiâ, formâ, administris, subiectis, seu personis accipien-
tibus, modo administrationis & perceptionis, fine denique
atque

VII

atque vsu, quemadmodum in thesi 34. clarius expositum est:
sed etiam necessitate acceptio[n]is: internus enim & spiritualis
ac significatus baptismus omnibus saluandis simpliciter h[ab]et ne-
cessarius est ad salutem, sine externo autem & corporali ac si-
gnificante baptismo, (si non ex contemtu, sed ob aliam ali-
quam ineuitabilem & iustam causam eo careamus) fideles
seruari possumus.

h. Ioh. 3. v.
3. 5. 7.

i thes. 29.
& 30.

XXXIX.

Cæterum quando vnum eundem que baptismum in has
duas partes distinguimus, nequaquam partes eas à se mutuò
diuellimus, aut externum baptismum spiritualibus bonis e-
vacuamus. aliud enim est distinguere res aliquas, aliud easdē
separare, nisi forte distinguere corpus ab anima in homine
idem sit atque ea homicidio separare; aut nisi Baptista quo-
que separauerit internum baptismum ab externo, quando à
diuersis & diuersimodè vtrumque conferri docuit k. Non
etiam distinctione ista contra doctrinam Apostoli l, pro vno
baptismo duos baptismos comminiscimur. Aliud enim est,
vnius baptismi duas partes distinctè considerare: aliud est, ex
duabus illis partibus, duos integros & diuersos baptismos
facere. nisi forsitan etiam Apostolus m & Baptista n, duos in-
tegros & diuersos baptismos faciant, quando externum laua-
crum ab interno distingunt.

k Matth.
3. v. 11. Ioh.
1. v. 26. 33.
l Eph. 4. v.
1. 2. 3 &c.
m 1. Pet. 3.
n Ioh. 1. v.
26. & 33.

X L.

Sed vt in partibus baptismi afferendis & distinguendis ca-
uenda est vnici baptismi multiplicatio: ita vice versa, in vni-
tate baptismi conseruanda, etiam atque etiam declinanda
est falsa & fictitia partium baptismi vnio, & impia atq; idolo-
latrica sanguinis & spiritus Christi ac spiritualis ablutionis,
seu iustificationis & regenerationis cum aqua baptismi &
cum externo aquæ lauacro præsentia & communicatio.

o Ioh. 14.
v. 23.
p Rom. 1.
v. 16. Act.
10. v. 44. &
16. v. 14. 2.
Tim. 3. v.
16. 17. Act.
2. v. 16. Tit.
3. v. 5.

X L I.

Nam etsi Christus homini præcipue præsens est, & homi-
ni se vnit, vel potius sibi hominem vnit, & per vunionem illam
homini sua beneficia communicat: o quia tamen eam vnio-
nem & communicationem sui & beneficiorum suorum, or-
dinariè in homine ita efficit, ut per ministerium p verbi & sa-

B 3

eramētorum fidem in homine electo operetur; & per fidem
se & sua bona homini electo communicet: ideo hoc quidem
respectu libenter agnoscimus & fatemur, Christum substan-
tiā pariter & gratiā suā, etiā ministerio illi externo, q & qui-
dem omnibus eius partibus, atque ita etiam aquæ & ablurio-
ni corporali in baptismo, propter hominem & in gratiā ho-
minis, suo quodam modo, certaq; forma ac ratione, præsen-
tem esse.

q Matth.
28. v. 20.

X L I I.

Modus autem ille, ac forma & ratio illa, præsentia; qua in
baptismo sanguis & spiritus Christi, & spiritualis ablutio, seu
iustificatio & regeneratio, aquæ & ablutioni corporali præ-
fens est, eiique vnitur: non sanè est eiusmodi, vt sanguis & spi-
ritus Christi in aquam, vel aqua in sanguinē & spiritū Christi
mutetur: si quidem talis vnio & præsentia mutati abolitio, nō
præsentia & vnio esset. deinde vunionis huius modus non et-
iam is est, vt sanguis Christi vel aquæ vel loco aquæ includa-
tur aut affigatur: & aqua sic sanguinis ipsius latibulum aut ve-
hiculum existat: vtq; omnes quotquot aquâ abluuntur, etiam
sanguine abluantur corporaliter. primò enim hic vunionis
modus in sacramētis veteribus locum non habuit, in quibus
tamen non minus quam in nostris sacramētis, sanguis Chri-
sti & præfens fuit, & homines à peccatis mūdauit; quotquot
vnquam à peccatis mundati sunt. r nec verò alia est ratio hu-
mīus vunionis in alijs atque alijs sacramentis: alioqui enim non
sacramētalis vnio esset, sed baptismalis. secundò non sanguine
Christi homines alij aut aliter abluuntur, quam fideles cū
per fidem sanguine hoc abluuntur, hoc est, cum propter san-
guinis huius in cruce factam effusionem, à Deo iustificātur. s
6. 7. 1. Cor. 6. v. II. ideoque ablutio hæc non corporalis sed merè spiritualis est.
Non etiam talis vnio est, vt spiritus Christi per sacramētalem
hanc vunionem suā infinitā substantiā magis præfens sit in hac
aqua quam alibi: aut efficaciā suā speciali, qua in baptismo
adest, in hac aqua peculiare aliquid operetur. Nam essentiā
suā spiritus Dei vbique æqualiter est: t Efficaciā autem spe-
ciali, non in brutis rebus, sed in rationalibus creaturis præ-
fens est: v nisi nouū diuinæ præsentia modum præter tres

t Ezech.
36. v. 25. 26.
v. 27. Ioh. 3.
v. 3. 5. 7.

f Ioh. I. v.
6. 7. 1. Cor.
6. v. II.

t Ierem.
23. v. 24.

v Ioh. 14.
v. 23.

vv vel

*VV vel quatuor & illos modos, in Ecclesia receptos, singere
velimus. Præterea ratio & modus præsentiæ & vnionis huius,
nō est potestatis & virtutis iustificādi, regenerādi & saluandi,
effusio quæcumq; in aquam baptismi: siquidem vis illa, vt po-
te proprietas Dei, nulli creaturæ communicabilis est: y nec
eius vtpote infinitæ rei, ylla creatura, quæ omnis est finita, z
capax est: nec potestas & virtus ista absque reliquis attributis
Dei, atque adeo absque esse entia ipsa dinina (cum hæc omnia
in Deo vnu sint) esse potest. omnia autem hæc aquæ baptismi
competere nemo dixerit: nisi aquam eam etiam Deum esse
dicere voluerit. Ad hæc ratio & modus præsentiæ & vnionis
huius nō est ablutionis internæ & spiritualis, cum opere ex-
ternæ & corporalis ablutionis, simplex & absoluta copulatio,
coniunctio & colligatio, quâ fiat, vt omnes qui foris bapti-
zantur aqua corporaliter, etiā intus sanguine & spiritu Chri-
sti à peccatis suis abluantur spiritualiter; siue ij credant siue
non credant. tali enim vnione, opus operatum pontificiorū
iampridem explosum rursus stabiliretur; & talis vnio ex dia-
metro pugnat, cum verbis Christi dicenris: qui crediderit &
baptizatus fuerit, saluus erit: qui verò non crediderit condemna-
bitur. Denique ratio & modus præsentiæ & vnionis huius nō
est efficaciæ spiritus sancti ad opus externæ ablutionis ea alli-
gatio aut adstrictio, qua fiat vt omnes quotquot baptizan-
tur, etiam fide donentur: atque ita per fidem omnes quot-
quot baptizantur etiam iustificantur, regenerentur & sal-
uentur: quæ dona verò aliqui postea rursus amittant. Primò
quia operatio spiritus Sancti, vtpote liberissimi agentis,
semper libera a est & manet: nec vlli rei vel operi sim-
pliciter alligatur vel adstringitur. Deinde quia talis alliga-
tio spiritus Sancti nec ad baptismum, nec ad prædicatio-
nem verbi, nec ad ullum aliud medium, vlo verbo Dei
simpliciter facta est. Tertiò quia Christus disertè docet,
se in baptismo quoque libertatem suam sibi reseruare, cum
ait: qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit; qui ve-
ro non crediderit condemnabitur. illis enim antithetis non
obscure docet, nequaquam omnes baptizatos fide dona-
ri, alioqui posterius antitheseos membrum in Christi ver-
bis locum*

*VV 1. præ-
sentia vni
uersalis*

*Aet 17.
2. specialis*

*1. Cor. 15.
1. Cor. 3. &
6. 3. singu-
laris Col. 2.*

*x cum spe-
cialis in
duos di-*

*stinguitur
y Ief. 43. v.
25. 1. Cor.*

*12. v. 12.
z didimus
de Sancto
lib. 1 ca. 1.*

*a Deut. 8.
v. 3.*

bis locum nullum habuisset. Quartò exempla docent multos baptizatos nunquam fidem habuisse: siquidem tandem ostendunt se reprobos esse: vt Simonis magi exemplum & infinitorum hypocitarum in Ecclesia, omni tempore. Quis ergo modus, quæ forma, quæ ratio est vñionis externorum & internorum, seu signi & signati in baptismō? Nimirum non est alia ratio nisi mystica illa relatio externorum ad interna: seu significatio illa tripartita spiritualiū rerum per symbola corporalia. Sanguis enim & spiritus Christi, item iustificatio & regeneratio ac salus animæ; aquæ & ablutioni corporali in baptismō præsentia & vñita ac coniuncta esse dicuntur ideo, quia interna illa & spiritualia, per externa hæc & corporalia, primò quidem repræsentantur; secundò obſignantur; tertio verò etiam suo modo applicantur; vt probatur theſi 32. generalis doctrinæ.

X L I I I.

Si igitur fortè interdum veteres de præsentia & vñione sanguinis & spiritus Christi cum aquâ externâ in baptismō præpositiones, *in, cum, sub*, & similes usurpant: illis aquam in baptismō sanguinis & spiritus Christi non latibulum aut vehiculum, aut aspersione vel *κοινωνίας* eorū corporalis quodcunque medium faciunt: sed signum sacramentale, & spiritualis communicationis eorum medium esse eam volunt. Quali ferè orationis forma, *in, cum, sub*, verbis symboli Apostolici magna mysteria fidei latere contineri & communicari dicuntur: vel quomodo in, cum, sub literis censualibus, redditus annuos à testatore hæredibus relinqui vulgo dicimus, quanquam simile non per omnia quadrat.

X L I V.

Cæterùm quia certum est, vñionem sanguinis & spiritus Christi cum aqua, & ablutionis spiritualis cum corporali, nō esse aliam, nisi relativam, atq; etiam ab omnibus conceditur, eam diuinâ institutione vti: neque illud obscurum aut dubium esse poterit, hæc vñionem pactionalem ac conditionalē esse: sub conditione scilicet obſeruatę ordinationis vel institutionis diuinæ: seu sub conditione legitimi vſus baptismi.

X L V.

Quando igitur hæc conditio præstatur, hoc est, quando
insti-

IX

institutio diuina obseruatur; & baptismus legitimè usurpatur: tum durat vnio & coniunctio illa sanguinis & spiritus Christi cum aqua baptismi; & ablutionis spiritualis cum corporali: & tunc vnâ cum aquâ & ablutione corporali, etiam spiritualia dona & beneficia in baptismo exhibitentur atque accipiuntur. Cessante autem hac conditione, hoc est, violatio institutione Dei in substantialibus, & baptismo illegitimè usurpato, soluitur vnio; & aqua externa abique sanguine & spiritu Christi dispensatur & accipitur.

XLVI.

Porrò institutio baptismi, ut suprà attigimus, partes duas habet. Prior est mandatum Dei, ut externum aquæ lauacrum, sine corruptelis, in nomine patris & filij & spiritus Sancti, à ministro Ecclesiæ, omnibus tum adultis tum infantibus, qui pro membris Ecclesiæ haberi possunt, administretur; & à conuersis accipiatur & usurpetur, ad fidei confirmationem b. b Mar. 16. posterior pars est gratiæ promissio ritui annexa, quæ est promissio salutis æternæ v. 15. Vnde liquet, si diuina institutio obseruari debeat, non tantum mādato obtēperandum, sed etiam c. Mar. 16. promissioni credendum esse. Procul dubio autem vtrumque horum præstatur, quando omnibus partibus diuini mandati obeditur, hoc est, quando ceremonia baptismi à Christo instituta, per ministrum Ecclesiæ, Ecclesiæ mēbris administratur, & à fidelibus ad fidei confirmationem accipitur.

XLVII.

Legitimi ergo usus baptismi conditiones tres sunt. Prima: ut ablutio per aquam elementarem in nomine patris & filij & spiritus Sancti, hoc est, ex ipsorum mandato, & in ipsorum communionem atque cultum fiat. Secunda: ut membris Ecclesiæ tum adultis tum infantibus, à ministro Ecclesiæ administretur, & à fidelibus ac conuersis accipiatur. Tertia: ut ad fines debitos, in primis vero ad fidei confirmationē dirigatur.

XLVIII.

Sicut in tali usu, sanguis & spiritus Christi, ac iustificationis & regenerationis beneficia, cum externo aquæ lauacro, perpetuò cohærent & coniunctim tū à Deo offeruntur tum ab homine accipiuntur: ita harum conditionum vel vnâ violata, vnio sacramentalis ab homine dissoluitur. siquidem signo

C muta-



mutato, vel in alium usum conuerso, vel pacto non seruato,
sponsoris consensus amittitur.

XLIX.

d Marc. 16.
v. 16. Rom
2. v. 28.

c Marc. 16.
v. 16.

d Rom. 2.
v. 28.

e 1. Ioh. 1.
v. 17. 1. Cor
6. v. 11.

Vnde perspicitur, ad baptismi legitimum usum, in primis a fidē, in adultis quidē actualē, in infantibus autē habitualē, vel analogon quiddā requiri, ac proinde sine omni illa fide non tantū nullum legitimū usum baptismi esse, sed etiā sine fide usurpatum baptismum, nequaquā sanguinis & spiritus Christi ac iustificationis & regenerationis communicationem & acceptationem adiunctam habere: non quidem quasi hominum in fidelitate veritas Dei labefactetur: Rom. 3. v. 3. aut quasi Deus non amplius res ipsas spirituales cum corporalibus, atque adeò per eas offerat, (nam respectu Dei offerentis sacramentalis semper durat unio:) sed quia homines infideles, suā infidelitate, unionem soluunt; atque ea quae Deus conjunctim offert, diuellunt; & spiritualibus ac præcipuis donis, suā infidelitate, repudiaris, tātū corporalis aquā lauacrum absque spiritualibus bonis accipiunt c.

L.

Sicut ergo fideles in baptismi usu, non tantū aquā foris corporaliter, sed etiam sanguine & spiritu Christi intus spiritualiter abluiuntur: ita infideles hypocritæ in baptismo, nihil præter aquam sacramentalem & corporalem accipiunt. prīmo, quia sanguis pariter & spiritus Christi, sicut ipse totus Christus, non nisi fide accipiuntur d. secundò, quia sanguis & spiritus Christi in baptismo non sunt absque iustificationis & regenerationis dono, si analogia signi & signati consistere debeat. tertio, quia sanguine & spiritu Christi ablui tum demum dicimus scripturæ phrasē, cum propter effusum sanguinem illum à Deo iustificamur, & per spiritum Sanctum ad nouam vitam renouamur e. quæ beneficia hypocritæ nulli, quādiu tales sunt, unquam consequuntur.

L I.

Hypocritæ igitur illi, in baptismo nequaquam vel sanguinis vel spiritus Christi indignā acceptione aliquā, (cum nulla talis sit) reatum sibi contrahunt: sed impio abusu & profanatione scelerata externi sacramenti; & horribili contemptu ac reie-



reiectione spiritualium donorum, irām Dei prouocant & pēnas sibi accersuntf. LII.

Sicut tamen promissio Euangeliū sine fide audita, sic etiam baptismus indignē acceptus, pēnitentibus & credentibus fiunt rata & salutaria: atque auditus & vſus ille prius illegitimus tunc eis fit legitimusg.

LIII.

Ex vnione sacramentali rerum & signorum, etiam in baptismo existunt, eamque indicant, locutiones sacramentales: quae de hoc quoque sacramento & de rebus sacramentaliter in eo significatis, passim h in scripturā usurpantur: & sunt nihil aliud, quam promissiones gratiæ, ritui externo legitimè administrato & usurpato additæ.

LIV.

Sunt autem hīc quoque duplices: propriæ nimirum & figuratæ.

LV.

Propriæ sunt, quādo iij qui legitimè externum baptismum accipiunt: etiam res ipsas consequi dicuntur; qualis est illa locutio: qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit i. Vel cum baptismus externus dicitur signum, imago, pignus aut sacramentum, aut medium esse interni baptisimi: vel significare, representare, obsignare internum baptismum, iustificationem & regenerationem: vel denique cum aliud aliquid huiusmodi, de externo lauacro enūciatur, quod ei propriè competit: vt cum diuus k Petrus baptismum nominat diluuij antitypon, hoc est, typum qui idem significet, quod diluuium significauit. atque hoc modo baptismus remissionis peccatorum & pēnitentię vel resipiscētię dicitur l: quia in legitimo vſu testimonium & pignus est vtriusque tum à Deo conferrandæ, tum à nobis exercendæ.

LVI.

Figuratæ locutiones sunt tales loquendi formulæ, in quibus nomina & proprietates obiectorum & actionum externarum & internarum vicissim permuntantur: suntq; quatuor generum. Primum genus est, quando nomen externi obiecti vel elementi & externæ actionis ad interna transfrertur: vt quando sanguis & spitus Christi aqua vocātur m: aut quan-

C 2 do vifi-

f Ief. 66.
Psalm. 50.

X

g Ierem. 3.
v. 1. Aug.
contra
Crescon.
lib. 2. c. 28.

h i. Pet. 3.
v. 21. i. Joh.
i. i. Cor. 6.
v. ii. &c.

i Marc. 16.

v. 16.

k i. Pet. 3.

v. 21.

l Matth. 28.

v. 11. Joh. 1.

v. 26. 33.

m Ezech.

36. v. 25.

& 47. v. 1.

do visibilia spiritus Sancti dona, baptismus; aut iustificatio &
n. Matt. 3. regeneratio, ablutio vel lauacrum nominantur. Secundum
v. ii. genus est, primo ex aduerso respondens: cum nomen bene-
ficij, externo aquę lauacro tribuitur: ut cum baptismus exter-
o Tit. 3. nus renouatio o per spiritum Sanctum dicitur. Tertium ge-
v. 5. nus est cum proprietas obiecti & actionis externae, obiectis
p. 1. Cor. 6. & actionibus internis accommodatur: ut cum sanguis & spi-
v. n. 1. Ioh. 1. v. 17. ritus Christi mundare vel abluere dicuntur p. Quartum genus
est: tertio respondens: quando proprietas internorum obie-
ctorum & actionum externis adscribitur: ut quando de ex-
q. 1. Pet. 3. ternō baptismo dicitur quod nos saluos faciat q.
v. 21. Act. 22. 16.

L V I I.

Has autem permutationes esse figuratas locutiones, ex his
constat, 1. quia non congruunt ad aliquem modum regula-
rium prædicationum 2. quia in primo & secundo genere
harum permutationum disparata de se inuicem prædicantur:
3. quia propria vnius speciei nunquam alijs speciebus pro-
priè tribui possunt. 4. quia signum, imago, pignus & mediū,
quo sanguis & spiritus Christi, & iustificatio ac regeneratio,
sacramentaliter significatur, repræsentatur, & pro crescentis
fidei modo communicatur, non est propriè ipse sanguis aut
spiritus Christi aut ipsa iustificatio vel regeneratio significata
repræsentata obsignata & communicata. 5. quia non sunt
inuisitatem locutiones, ut in generali doctrina thesi 50, 51, & 52.
demonstratum est.

L V I I I.

Causæ harum permutationum in sacramentis omnibus,
ac proinde etiam in baptismo, sunt, tres illę vnionis sacra-
mentalis siue partes siue gradus r: nempe repræsentatio, obsigna-
tio & applicatio internorum per externa: cum visitatum sit, in
August. in Leuit. quæst. 67. omni sermone: ut imago sui archetypi, mnemosynon item &
Idem ad Bonif. e- pist. 23. pignus ipsius rei cuius est mnemolynon & pignus: ac mediū
Theod. dialog. 1. alicuius effectus, ipsius illius effectus nomen & proprietates
sustineat. Quemadmodum in generali doctrina thesi 50. ex-
emplis demonstrauimus.

L I X.

Porrò quando causas istas, harum locutionum intuemur,
facilè intelligere est quā figurā figurentur. nimirum respectu
primæ

XII

primæ causæ dicuntur per metaphoram; respectu secundæ, per metonymiam. respectu tertiae per metalepsin. ac deniq; si baptismus etiam vt totum quiddam ex signo & re signata constans accipiatur, locutiones hæ per synecdochen quoque dicuntur.

L X.

Reducuntur igitur ad proprias: quādo aqua & ablutio extera intelligitur & dicitur sacramentum vel signum sacramentale, vel imago, pignus, & applicatio esse sanguinis & spiritus Christi, & ablutionis spiritualis, in legitimo usu. vel quod eodem recidit: quando extera obiecta & actiones, dicuntur sacramentaliter significare, repræsentare, obsignare, & pro crescētis fidei modo applicare, sanguinem & spiritum Christi, & vtriusque beneficia. breuiter, quando sua signis & signatis, nomina & proprietates attribuuntur. Vna enim atque eadem est sententia omnium istarum propriarum & figuratarum locutionum: siquidem omnibus istis, gratię promissio, ritui externo annexitur.

L X I.

Baptismus Iohannis, cum Apostolorum & aliorum ministrorum baptismo, unus & idem fuit, totâ substantiâ, & efficiaciâ suâ. ideoque etiam à Iohanne baptizati, non necesse habuerunt, ab Apostolis aut alijs ministris rebaptizari.

f Matt. 21.
v. 25. Ioh.
I. v. 33.
Marc. 1. v.
4.

L X II.

Differt tamen Iohannis baptismus ab aliorum omnium baptismo, qui post passionem & resurrectionem Christi baptizant: non tantum eo, quod ille in passum & resuscitandum Christum baptizauerit; hi vero in iam passum & resuscitatum baptizent: sed etiam ipsius doctrinę, baptismo adiunctæ, claritate, & donorum per baptismum collatorum copiāt.

L X III.

Christus baptizari voluit, vt sic testaretur, quod nouæ etiā Ecclesiæ membrum, & quidem caput seu Messias sit: siquidē hac etiam in parte typos veteris testamenti implet v: quodq; secundum Baptistæ & patris cœlestis testimonium, nostram immundiciem in se suscepit, totâ sui immersione in calamitates & mortem nostram, & ex iisdem emersione, abluat & auferat vv: eiusque ablutionis & ablutionis diuinum testimonium, Iohannis baptiſtum approbet ac nostrū con-

ff Act. 19.
v. 4.
t Matt. 3.
v. II.

vv Matt.
20. v. 22.

secret: nobisq; tum obediētiæ totius præstandæ, tum baptiſmi libenter ſuſcipiendi exemplum relinquat x.

¶ Matt. 3.

v.15.

¶ Col. 2 v.

II. 12.

¶ Hebr. 9.

v.10.

¶ Pet. 3.

v.21.

cd 1. Cor.

10. v.2.

¶ August.

Traſt. 26.

in Ioh.

¶ th. gen.

53.

¶ Gen. 17.

Marc. 16.

v.15.

h Gen. 17.

thes. 15. 16.

i thes. 32.

k thesi eā.

dem.

l Col. 2.

tio, & publica in Ecclesiam inscriptio g:

ac quod proinde

vtrumque sacramentum, omnibus ad Ecclesiam pertinenti-

bus tum adultis tum infantibus communicari debeat h: quod

neutrum recte iterari possit i: quod ijs qui hec sacra- nō

miseriam seu immundiciem & eius expurgationem, ob ocu-

los quasi ponat l.

LXIV.

Baptismi nostri antitypa, hoc est, typi idem significantes, fuerunt in veteri testamento; circumcisio z, lotiones a, Mosaicæ, diluuum b, transitus c per mare rubrum, & conuersatio d Israelitarum sub nube. Cum quibus omnibus, baptismus noster ideo conuenit officio significandi spiritualia Dei beneficia e. Et cum circumcione atque ablutionibus Mosaicis præterea etiam conuenit in totâ illa cōmuni sacramentorum perpetuorum natura: seu conditionibus ijs quas omnia tum veteris tum noui testamenti perpetua sacramenta habent f. specialiter tamē & propriè baptismus cum circumcione conuenit: quod vtraque ceremonia sit sacramentum initiatorium, vel solemnis hominum cum Deo confedera- tio, & publica in Ecclesiam inscriptio g: ac quod proinde vtrumque sacramentum, omnibus ad Ecclesiam pertinentibus tum adultis tum infantibus communicari debeat h: quod neutrum recte iterari possit i: quod ijs qui hec sacra- menter autem à diluio, à transitu per mare rubrum, & à conuersatione Israelitarum sub nube discernitur bapti- smus, eo quod illa nō ritus, nec perpetua veteris Ecclesiæ sa- cramenta fuerunt; sed euentus tantum temporarij, sacramen- tationem habentes m. A Mosaicis autem lotionibus differt baptismus etiam, licet illæ quoque ritus perpetui ve- teris Ecclesiæ fuerint, non tamen initiatoria sacramenta fue- runt n. denique à circumcione; licet ea initiatorium sacra- mentum fuerit, baptismus tamen se iungitur: quod circum- cione abolitâ, noster baptismus in illius locum succedat o: quod circumcisionis acceptio ad octauum diem alligata fue- rit p; baptismus autem etiam citius & tardius accipi possit: quod

LXV.

Dif fert autem baptismus ab omnibus illis antitypis: primò quidem ijs rebus, quibus communiter sacramenta veteris & noui testamenti discernuntur: in doctrina generali thesi s 4. peculiariter autem à diluio, à transitu per mare rubrum, & à conuersatione Israelitarum sub nube discernitur bapti- smus, eo quod illa nō ritus, nec perpetua veteris Ecclesiæ sa- cramenta fuerunt; sed euentus tantum temporarij, sacramen- tationem habentes m. A Mosaicis autem lotionibus differt baptismus etiam, licet illæ quoque ritus perpetui ve- teris Ecclesiæ fuerint, non tamen initiatoria sacramenta fue- runt n. denique à circumcione; licet ea initiatorium sacra- mentum fuerit, baptismus tamen se iungitur: quod circum- cione abolitâ, noster baptismus in illius locum succedat o: quod circumcisionis acceptio ad octauum diem alligata fue- rit p; baptismus autem etiam citius & tardius accipi possit: quod

quod denique circumcisio masculis propria, baptismus utri-
que sexui communis sit q. XVII
L XVI.

Baptismus & cæna domini conueniunt, non tantum com-
muni omnium tum veteram tum nouorum sacramentorum
naturâ & conditionibus: sed etiam ijs rebus, quibus noua ^{nra. 53.} sacramenta à veteribus communiter discernuntur: in gene-
rali doctrina thesi 54.

q Gen. 17.
Marc. 16.
v. 15.

L XVII.

Differunt autē baptismus & cæna: 1. termino proprio. In
baptismo enim Christus ut mūdator: in cæna, ut conuiuator
atque adeò vt cibus ipse spiritualis nobis proponitur. 2. Vsu
proprio: cum baptismus sit sacramentum regenerationis: cæ-
na autem nutritionis & conseruationis spiritualis. 3. Ordine
vsurpationis. Etenim baptismus præcedere; cæna sequi de-
bet. 4. Antitypis proprijs. Baptismus enim circumcisioni, cæ-
na paschati successit. 5. Personis quibus tribui debent. Nam
baptismus omnibus membris Ecclesiæ tum adultis tum in-
fantibus: cæna solis adultis sese probare valentibus, commu-
nicari debet. 6. usurpationis frequentia. quia baptismus se-
mel in vita; cæna saepius usurpanda est.

L XVIII.

Cum baptismus externus ceremonia sit diuinitus institu-
ta, quæ in usu & actione, tota consistit: & verò omnis actio,
quatenus fit, singularis sit; manifestum est, duplices in bapti-
smo legitime administrato, ceremonias concurrere: quarum
prioris illæ generis rationem habent: posteriores vero sunt
species aut individua, & illius generis determinationes, limi-
tationes ac restrictiones.

L XIX.

Ac prioris quidem illæ, sunt Dei mandata: quorum capi-
ta, præsertim in institutione baptisci exprimitur: vt nempe
discipuli Christi tū adulti tum infantes, à ministro Ecclesiæ;
in patris & filij & spiritus S. nomine, hoc est; ex mādato & in
communionem ac cultum eorum aquâ elementari baptizē-
tur, seu abluantur. Hæ igitur generales ceremoniæ, quo loco
circa baptismum habendæ sint, in generali doctrina thesi 60.
& 62. notauiimus.

L XX.

Posteriores autem sunt ecclesiasticæ ordinationes, seu libri
ritua-

rituales: de adultis Catechumenis; quo ordine & modo ini-
stituendi, & examinandi ante baptismum sint, si qui offeran-
tur: de ministris; quinam baptizare debeant: de modo &
instrumentis ablutionis administrandæ; vtrum per immersio-
nem in *νολυμένη* aut baptisterio; an per aspersionem aut
affusionem, ex pelui aut alio instrumento; idque semelne an-
ter; & in qua corporis parte fieri debeat. Item de usurpatione
diuini nominis; qua forma, quibus verbis, quibus institutio-
nibus, exhortationibus, precibus; ante baptismum, in eo, &
post eum, fieri conueniat. De loco item & tempore admini-
strationis: & si quæ sunt aliæ substantialium vel moralium &
vniuersalium illorum necessariæ determinationes. Hæ igitur
restrictiones, quas conditiones habere, & à quibus fieri pos-
sint & debeant in baptismo quoque: id verò in generali do-
ctrina, thesi 61. breuiter monuimus.

L X X I.

Præter duo ista genera ceremoniarum, apud nonnullos
reperiuntur etiam aliæ: vt exorcismorum recitationes; aquæ
in baptismo adhibendæ consecrationes; linguæ latinæ apud
non intelligentes eam, vsus; & si quæ sunt aliæ huiusmodi, quæ
per se & sua natura malæ sunt: vtpote diuini nominis vanæ &
impiæ usurpationes & similia peccata. Item cerei, chrisma,
sal, cruces, sputa, ephata, & similia: quæ saltem per accidens
sunt mala, hoc est, propter adhærentem vel *κακοζηλίαν*, vel
confusionem Christianismi cum Iudaismo, vel propter abu-
sus alios: vt quia necessitas & omnium ecclesiarum obligatio-
nis affingitur; quia meritum & iustificatio, aut iustitiae &
meriti Christi applicatio eis attribuitur; quia vis & facultas si-
gnificandi, & opere operato, vt loquuntur, efficiendi spiri-
tualia beneficia & officia eis assignatur: quia deniq; occasio
& causatio ac species multiplicis superstitionis & idololatriæ
illis inest.

L X X I I.

Has igitur vtrasq; tertiae classis ceremonias, ex baptismo,
vtpote sacramenti huius corruptelas ac depravationes, præ-
eunte sufficienti doctrina, ab ijs qui id faciendi ius & pote-
statem habent, abolendas omnino iudicamus.

F I N I S.

Theſi 4. linea penultima, lege significatam. Theſi 28. linea ult.
lege effectus. Theſi 44. linea 4. lege nitit.

Umg. VI 45

ULB Halle
002 379 767



3

s. b.

WNA



THE FLOWERS OF THE EARTH ARE IN SEVEN
WORLDLY SIGHTS: R.

18.0 : 819.0

ព្រះរាជាណាចក្រកម្ពុជា

ព្រះមហាក្សត្រ បាន់បាន់

សាសនា ព្រះមហាក្សត្រ

卷之三

ప్రాణికాల వ్యవస్థల కు
ప్రాణికాల వ్యవస్థల కు

فیلیپ ریکی. گلیز.

בְּרֵאשִׁית בָּרוּךְ הוּא
בְּרֵאשִׁית בָּרוּךְ הוּא
בְּרֵאשִׁית בָּרוּךְ הוּא

1900-1901
1901-1902
1902-1903
1903-1904

תְּהִלָּתְךָ שְׁמָךְ
בְּנֵי צְדָקָה תְּהִלָּתְךָ

卷之三

卷之三

BRITISH MUSEUM

Ấn Độ: Tên là Trung Quốc, tên Hán là
Trung Quốc, tên Anh là China

1900 First edition 1512
First edition 1512

This image shows a close-up view of a dark, irregularly shaped object, possibly a piece of rock or a mineral specimen. The surface is covered in a dense, mottled pattern of various shades of brown, tan, and black, suggesting a natural, weathered texture. There are no discernible markings, text, or other features on the object.

1915 Collection

**THE SECRET
OF
THE
UNIVERSE**

ESTERIO TORONTO

THE FRENCH REVOLUTION

This image shows a close-up, horizontal view of a dark, textured surface, likely a book cover or endpaper. The texture is irregular and mottled, with patches of dark green, black, and brown. A prominent, lighter-colored, marbled pattern runs vertically down the left side of the frame. This pattern features large, irregular shapes in shades of yellow-green and brown, with some smaller, darker spots scattered throughout. The overall appearance is aged and worn.

This image shows a close-up of a dark, heavily textured surface, possibly the cover or endpaper of an old book. The texture is mottled with various shades of brown, tan, and black, indicating age and wear. A vertical seam or fold line runs down the center-right of the frame. On the far left, a portion of a lighter-colored, possibly wooden or leather, binding material is visible. The overall appearance is one of significant age and historical value.

Farbkarte #13

B.I.G.

